



A Mercatores. APOLLONIUS quidam tota vita sua mercatorem exercuerat...

BANONEM in Gallia ex pradone monachum factum accepimus: & qui in sylvis viatores depoliare solitus fuerat...

Moses Maurus latrocinii Aegyptum infestaverat: sed Anachoretarum inibi vitam contemplatus, lfidoti Abbatis in Scethi apud Thebaidem factus est discipulus...

QUA OCCASIONE. V. G.

Persecutionis.

PAULUS Thebeus primus cremita apud inferiorem Thebaidem, cum Decii & Valeriani persecutionem fugeret...

Imp. Decio Christianos religionis gratia divexante, septem Adolescentes fratres Ephesi ex iisdem parentibus nati...

Arfenius Diaconus Romanae Ecclesiae a Zonara dicitur, cuius disciplinae Theodosius duos filios Imperatores...

D SALOMON Ungarorum rex. Vide supra, Reges cremitæ. Castitatis servandæ. MALCHUS ex vico Matonia Antiochiæ propinquo oriundus...

xandriæ annos tres. Rursum in Troe annos duos. Sicque Eperactio vitæ cursum nonagenarius vitam reliquit...

Indignationis.

PAULUS Simplex, discipulus Antonii M. illius, eremum ea occasione secutus est, quod uxorem cum adultero deprehendisset...

Voti.

MICHAEL ex Poleni Venetorum Urbe oriundus, homo idiota, monasticam vitam amplexurus, a Deo petit, ut venere quo cinctus erat circulus rumpere...

Concionis.

ANTONIUS Aegyptius eremita, parentibus defunctis, annum ipse agens circiter vicesimum, cum forore admodum parvula orbis relicta esset...

CUR. CAUSA PENITENTIÆ.

Anno Anastasii 14. Genebadius uxore deserta cœlebs vivebat. Factus Episcopus, uxorem ad se venientem, in pietate resisteretur, frequenter admisit...

SALOMON Ungarorum rex. Vide supra, Reges cremitæ.

Castitatis servandæ.

MALCHUS ex vico Matonia Antiochiæ propinquo oriundus, nuptias fugiens, in solitudinem Chalcidensium venit, & cum Monachis vivit sub Valentiniano Imp. & Gratiano...

Servituti.

A Servituti. Vide supra, Occasionis Persecutionis. PROFESSIO. QUI. EREMITÆ, ANACHORETÆ. VIII. Et ii vel. Indæ.

HELIAS Propheta, propè Jordanem, ad torrentem Carith, solitarius vixit integro triennio, panem cum carne a corvis allatum comedens...

BANUS quidam in Judæa solitarius vivebat, sub Claudio principe, arborum nocte ac die lavacris frigidis pro alimento usus, crebrique nomine ac die lavacris frigidis ad ardentem libidinem se immergens...

Ab Occidente Judææ, litora Esseni fugitant, gens sola & in toto orbe præter cæteras mixta, sine ulla femina, omni venere abdicata, sine pecunia, locia palmarum...

Christiani.

Exempla pleraque ex Historia Ecclesiastica seculari de sempiterna.

Jo. Baptista Christi præcursor, in eremo vixit, melle & locustis vescens, zona pellicea cinctus, veste ex camelorum pilis contexta...

PAULUS Thebeus. Vide supra, Persecutionis occasione.

ANTONIUS Aegyptius, nobilitis ortus parentibus & Christianis, Scripturas memoriter tenebat. Literas nec scisse cum nec curasse, Sozom. scribit l. 1. c. 13. ac mentem bonam, ut literis antiquiorem, illis prætulisset...

Alexandriæ tempore persecutionis, quem ibi Maximinus exercuit, frequens fuit: ubi, qui ad supplicia & mortem ducerentur, Christianis semper adfuit, adeo ut monachis omnibus civitate præfectis interdiceret...

tus, omnibusque officiosum se ac placidum exhibuit. Similia de eo retulit Hilar. in vita Hieron. & Efram in Sermon. de moderat. rufus, ubi vestimentum ejus interius fuisse refert ciliicum, exterius vero animalis pellem...

HILARION in vico Thabatha, vicino Gazæ Palestinorum parentibus natus ethnicis, Alexandriæ studiis operam dans, Antonii fama excitus, cum xv. annorum esset, ad eremum est profectus...

usque ad xx. suæ ætatis annum æstus & pluvias junco & carice texto auguriolo declinavit. A xx. usque ad xxxi. cellula usus dicitur, cujus latitudo pedum quatuor erat, altitudo quinque, longitudo paulo protensior, quam ejus corpusculum patiebatur...

**A** corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à xxiv. anno usque ad xxx. pane abstinuit, incredibili fervore mentis, eo tempore, quo ceteri solent remissius vivere. Fiebant autem ei de farina & comminuto olere fortissimè, cibo & potu vix quinque uncias appendentibus. Sicque complens ordinem vite, nunquam ante Solis occasum, nec in diebus festis, nec in gravissima valitudine solvit jejuniū. A precando & psallendo si quando vacaret, aut humum fodiebat, aut ficellas ex junco contexebat: quòd audiebat, exercitia hæc & disciplinam esse Egyptianorum. Lectus ei ad mortem usque nuda fuit terra, & stratum interdum junceum. Illusiones Diaboli multiplices frequenter expertus est, maximè otans & jejunians: ut nudas mulieres, instructam mensam dapibus, gladiatorum spectacula, aliaque ejus generis prætigias, corporis etiam pulsationem. Tandem ad Paphum Cypri in ferociore loco obijt octogenarius. Reliquias inde clam in Palestinam transportavit Helychius discipulus. *Sozom. l. 3. c. 14. Hieron.*

**B** JULIANUS Sabam Edessa Syria sub Constantio vixit miraculis clarus, expellendo demones, & sola oratione morbos curando. Juliano apostata Ecclesiam Dei persequente, orationi intentus, paulò post descendit: & causam rogatus, aprum Dei vineam vastantem penas dedisse condignas respondit. Eventus ostendit, ea hora interfectum fuisse Julianum apostatam Imper. Orthodoxis contra Arianos maximè favit. *Theodor. l. 4. cap. 24. Sozom. lib. 3. c. 14.* eum jejuniū ita maceratum scribit, ut ossa pelle obducta tantum haberet.

ANNA sub Decio confessor, precando adeò potens, ut quicquid à Deo peteret, consequeretur. *Sozom. lib. 3. cap. 4.*

**C** MACEDONIUS in montibus Antiochiæ vicinis eremita fuit literarum penitus ignarus. Cùm autem Theodosius Imper. tributum extraordinarium Antiochenis imperasset, illi ira concitati, statum æream Placidie reginæ demoliti fuerant. Itaque Theodosius & libertatem civitatis eripuit, & cædes magnas cogitavit, missis quoque ad quid exequerentur præfectis. Macedonius fama rei excitus, in media urbe præfectos ab equis descendere iussit, & Imp. suo nunciare: Meminisset se hominem esse, & à Dei Opt. Max. meta pendere, ejus benignitatem imitaretur: neque propter æream statuum, Dei imaginem hominem crudelissimè interficere curaret: maximè cùm statuae multe pro una reponi possent, at ne pilum quidem Imp. interfecto homini obstruere posset. Præfecti Theodosio rem indicant. Ille Macedonio parit, & Antiochenus peperit. *Theod. l. 1. c. 20.*

HELIAS in Apeliore, in finibus civitatis Athineos (quæ quondam Thebaidis metropolis fuit) annos lxx. in vastissima solitudine perduravit. Erat desertum horrore plenum, semita quæ ad ipsum ducebat, angusta scrupeaque, & inventa etiam difficilis. Antrum quoque quod inhabitabat, tetrum atque horrens, ac statim propius accedentibus nescio quid terrore incutiens. Hunc se ibi vidisse D. Hieronymus testatur, jam c. & x. annorum senem. Ferebatur autem interdum etiam futura prædicere, eventu haud incerto, ut super eo quoque Helix propheta spiritum requievisset diceret, cujus nomen sortitus fuerat, & secutus propositum, Deo in solitudine fervendo. *Marul. l. 1. c. 9. Ruffin. l. 2. c. 8.*

**D** MACARIUS Egyptianus monachus sub Constantio & Valente, à Lucio Episcopo Alexandrino Ariano nequissimo in exilium pulsus, tante gravitatis, ut etiamnum puer à Monachis *παυροπύριον*, diceretur. Vixit annis xc. in solitudine lx. exegit. Exercitia multa asperiora sustinuit, de quibus ad Euagrium discipulum suum, cum ad eum is in æstu ferventi venisset, & aquæ haustum ad sitim sedandam petivisset, ipse verò sufficere sibi umbram responderet, dixit, se annis totis xx. nec pane, nec aqua, nec somno ad satietatem usque usum esse: Nam panem, inquit, meum comedi in pondere, & aquam bibi in mensura: & corpus meum patieribus applicando somni, nonnumquam quam minimum mihi subripui. *Socrates. l. 3. cap. 22.* Alter Macarius Alexandrinus fuit ejusdem professionis, claritatis & fortunæ, dissimilis motum suavitate. Secuti sunt illos clarissimi monachi, Isidorus, Heraclides, Pampus, relegati primùm in insulam intra paludes Nilifitam, ex qua demones omnes & idola miraculis suis expulerunt. Id agrè ferens Lucius Episcop. & gloriæ illorum invidens, in eremum ex insula eos revocavit. In precando posterior iste

Macarius adeò fuit assiduus, ut pilos genubus innasci prohiberet, reliquo corpore piloso existente. *Sozom. l. 3. c. 14. Ruffin. l. 1. c. 4. Socrat. l. 4. c. 23.* Est & tertius Macarius, qui cum puer oves pasceret juxta lacum Maria, joco interfecit unum ex fodalibus, & metu pene in solitudine profugus, & in ea mansit per xxxi. annos, beatam eam calamitatem vocans, quæ ad hanc vitam sese compulisset. *Sozom. lib. 6. cap. 16.*

Joan. celeberrimus inter Ægypti monachos, à juvenute in solitudinibus versatus, literarum rudis, sed memoria tenacissima præditus, cui victus herba ac radices, potus aqua, quocumque in loco inventa esset. Excelluit duobus potissimum maximis donis, medendi nimirum morbis incurabilibus, & prædicendi futura. Quam de eo famam audiens Theodosius Imp. ad reprehensionem Eugemii tyranni profectus, de belli eventu quæri ex eo curavit, anno Domini cccxvii. juxta Prosperum. Qui & victoriam certam de Eugenio, & mortem ejus in Italia paulò post prædixit. *Sozom. l. 6. c. 28. Theod. l. 5. c. 24.* Habitavit in Thebaidis eremo, quæ adiacet oppido Lyco. Spelunca ejus in prærupti montis vertice, ascensu difficili, adituque obstructo erat, nuda humo vix ossa hærentia allidebam. De cibis verò & potu taceo, cùm etiam languentes aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepisse luxuria fit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius & ferarum, sæpè choris intereram paelarum. Pallebant ora jejuniis, æstuant in frigido corpore, & ante hominem (sum in carne præmorta, sola libidinum incendia bulliebant. In carne omni auxilio destitutus, ad Jesu jacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnante carne hebdomadarum inedia subjugabam. Non deducere infidelitatis meæ, quam potius plango me non esse quod fuerim. Memini me clamantem, diem crebro junxisse cum nocte, nec prius à peccatis cessasse verberibus, quam redire Domino increpante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam, quasi cogitationum mearum conciam, pertimecebam: & mihi met iratus & rigidus, solus deserta penetrabam. Sicubi concava vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi me orationis locus, ibi illud miseræ carnis ergastulum: & ut ipse mihi testis est Dominus, post multas lachrymas, post cæco in inhærentes oculos, nonnumquam videbat mihi interesse agminibus angelorum, & lætus gaudenque cantabam: Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. *Marul. l. 1. c. 10. & Sabl. 21. c. 1.* Sed præstat ipsum met audire ex epistola ad Eustochium de Custod. virg. O quoties ego ipse in eremo constitutus, & illa vasta solitudine, quæ exusta Solis ardoribus, horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse deliciis! Sedebam solus, quia amaritudo repletus eram. Horrebant sacco membra deformia, & squallida cutis firmæ Æthiopice carnis obduerat. Quotidiè lachrymæ, quotidie gemitus: & si quando repugnante somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia allidebam. De cibis verò & potu taceo, cùm etiam languentes aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepisse luxuria fit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius & ferarum, sæpè choris intereram paelarum. Pallebant ora jejuniis, æstuant in frigido corpore, & ante hominem (sum in carne præmorta, sola libidinum incendia bulliebant. In carne omni auxilio destitutus, ad Jesu jacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnante carne hebdomadarum inedia subjugabam. Non deducere infidelitatis meæ, quam potius plango me non esse quod fuerim. Memini me clamantem, diem crebro junxisse cum nocte, nec prius à peccatis cessasse verberibus, quam redire Domino increpante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam, quasi cogitationum mearum conciam, pertimecebam: & mihi met iratus & rigidus, solus deserta penetrabam. Sicubi concava vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi me orationis locus, ibi illud miseræ carnis ergastulum: & ut ipse mihi testis est Dominus, post multas lachrymas, post cæco in inhærentes oculos, nonnumquam videbat mihi interesse agminibus angelorum, & lætus gaudenque cantabam: Post te in odorem unguentorum tuorum curremus.

Moses Saracenus, sub Valentis Imperio, in finibus Palestinæ & Alexandria obrerbat. Eo tempore Mauvia regina Saracenorum post mariti mortem rupto cum Romanis fœdere, plurima damna illi intulit: nec prius pacem se admitturam minata est, nisi Moses Monachus gentis suæ Episcopum daretur. Quæsitus ergo Moses, & Alexandriam ductus, à Lucio Episcopo Ariano nequissimo manus sibi imponi noluit, sed ab Episcopo Orthodoxis exulibus, qui montana confugerant. Abiis ergo Episcop. factus, Christi fidem apud Saracenos felicissimè propagavit. *Theodor. l. 4. c. 23. Sozom. l. 6. c. 38.*

Prior monachus in eremo Scethica Ægypti, adolescens, paternas ades ad monachice professionem egressus, vovit se ad finem nunquam monachum. Post annos quinqueaginta à sorore sua videndi ejus cupida sollicitus, iustus etiam à monachorum prædicibus, ad eam venit quidem, sed astans ad fores, cum se paululum spectandum sorori exhibuisset, & orationum recitasset, in solitudinem rediit. *Sozom. l. 6. cap. 29.* De hoc *Socrat. l. 4. cap. 23.* Prior, inquit, in eremo Scethica xxx. annis solitariam egit vitam, sub Hilario. Comedens deambulabat, ne quam in cibo voluptatem percussit. Sororem morbo laborantem clausis adijt oculis.

Paulum Ægyptium monachum in Pherna Scethidis monte habitasse Sozomenus tradidit, præfectum contubernio quingentorum fratrum, nihil operis præter preces facientem, neque quicquam ab aliquo, nisi quantum in victum diurnum suppetere, accipientem. Sustinuisse autem quasi pro dimento ius exercitum, per dies singulos cec. preces, quarum ut numerum observaret, in ore voluerit totidem lapillos, quorum singulos ad precesiones singulas depoluerit. *Sozom. l. 6. c. 29.*

Monachicæ professus est Stephanus religiosissimè circa Marcorum, non procul à Marmatica, per annos lv. Fuit familiaris Antonio magno, placidus in colloquio, & prudens, qui egritudines quascunque animorum oratione levare posset. Incurabili laborans morbo, dum corrupta mem-

**A** & cibis crudis utens, coctumque comedere luxuriæ deputans, carnis laticivitis pugnas hebdomadarum interdum inedia vincens. Et tamen inter has tantas corporis fatigationes, adeò spiritum exultabat, ut diceret: Oppidum mihi carcer, solitudo paradysus est. Post hæc cum ad Bethleem accessisset, & constructo monasterio cum fratribus habitaret, flens fateri solebat, se jam non esse eum qui fuerat: adeò in solitudine sibi melius fuisse existimavit. Post labores, inquit, & lachrymas, cæco in hærentes oculos, nonnumquam mihi videbar agminibus interesse angelorum, & lætus gaudenque cantabam. Post te in odorem unguentorum tuorum curremus. *Marul. l. 1. c. 10. & Sabl. 21. c. 1.* Sed præstat ipsum met audire ex epistola ad Eustochium de Custod. virg. O quoties ego ipse in eremo constitutus, & illa vasta solitudine, quæ exusta Solis ardoribus, horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse deliciis! Sedebam solus, quia amaritudo repletus eram. Horrebant sacco membra deformia, & squallida cutis firmæ Æthiopice carnis obduerat. Quotidiè lachrymæ, quotidie gemitus: & si quando repugnante somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia allidebam. De cibis verò & potu taceo, cùm etiam languentes aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepisse luxuria fit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius & ferarum, sæpè choris intereram paelarum. Pallebant ora jejuniis, æstuant in frigido corpore, & ante hominem (sum in carne præmorta, sola libidinum incendia bulliebant. In carne omni auxilio destitutus, ad Jesu jacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnante carne hebdomadarum inedia subjugabam. Non deducere infidelitatis meæ, quam potius plango me non esse quod fuerim. Memini me clamantem, diem crebro junxisse cum nocte, nec prius à peccatis cessasse verberibus, quam redire Domino increpante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam, quasi cogitationum mearum conciam, pertimecebam: & mihi met iratus & rigidus, solus deserta penetrabam. Sicubi concava vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi me orationis locus, ibi illud miseræ carnis ergastulum: & ut ipse mihi testis est Dominus, post multas lachrymas, post cæco in inhærentes oculos, nonnumquam videbat mihi interesse agminibus angelorum, & lætus gaudenque cantabam: Post te in odorem unguentorum tuorum curremus.

Moses Saracenus, sub Valentis Imperio, in finibus Palestinæ & Alexandria obrerbat. Eo tempore Mauvia regina Saracenorum post mariti mortem rupto cum Romanis fœdere, plurima damna illi intulit: nec prius pacem se admitturam minata est, nisi Moses Monachus gentis suæ Episcopum daretur. Quæsitus ergo Moses, & Alexandriam ductus, à Lucio Episcopo Ariano nequissimo manus sibi imponi noluit, sed ab Episcopo Orthodoxis exulibus, qui montana confugerant. Abiis ergo Episcop. factus, Christi fidem apud Saracenos felicissimè propagavit. *Theodor. l. 4. c. 23. Sozom. l. 6. c. 38.*

Prior monachus in eremo Scethica Ægypti, adolescens, paternas ades ad monachice professionem egressus, vovit se ad finem nunquam monachum. Post annos quinqueaginta à sorore sua videndi ejus cupida sollicitus, iustus etiam à monachorum prædicibus, ad eam venit quidem, sed astans ad fores, cum se paululum spectandum sorori exhibuisset, & orationum recitasset, in solitudinem rediit. *Sozom. l. 6. cap. 29.* De hoc *Socrat. l. 4. cap. 23.* Prior, inquit, in eremo Scethica xxx. annis solitariam egit vitam, sub Hilario. Comedens deambulabat, ne quam in cibo voluptatem percussit. Sororem morbo laborantem clausis adijt oculis.

Paulum Ægyptium monachum in Pherna Scethidis monte habitasse Sozomenus tradidit, præfectum contubernio quingentorum fratrum, nihil operis præter preces facientem, neque quicquam ab aliquo, nisi quantum in victum diurnum suppetere, accipientem. Sustinuisse autem quasi pro dimento ius exercitum, per dies singulos cec. preces, quarum ut numerum observaret, in ore voluerit totidem lapillos, quorum singulos ad precesiones singulas depoluerit. *Sozom. l. 6. c. 29.*

Monachicæ professus est Stephanus religiosissimè circa Marcorum, non procul à Marmatica, per annos lv. Fuit familiaris Antonio magno, placidus in colloquio, & prudens, qui egritudines quascunque animorum oratione levare posset. Incurabili laborans morbo, dum corrupta mem-

bra medicis secanda præbet, palmarum folia manibus contexebat: admonens obiter altantes, ne dolorem aliquem ex suis cruciatibus perciperent, sed cogitent, omnia que Dei voluntate gererent, bonum aliquando exitum habitura. Nam & hoc sibi constare, profuturam sibi ejusmodi dolorum experientiam: ac factus esse, in hac quam futura vita, peccatorum admissorum penas luere. *Idem.*

Simcon Sufotonis F. ex vico Sifan oriundus, annuntium cum fratribus in monasterio Antiochiæ conveniens, in desertum abiit, annos tres in spelunca clausus permansit. Sed hoc ei commune cum multis: illud autem proprium & peculiare, quòd deinde super columnis dicitur habitasse, quarum altissimam cubitorum xxx. fuisse ferunt. In una eum perstitisse annos iv. in alia xii. in alia rursum xii. in alia iterum iv. & in alia postremò, quæ procerissima erat, ad obitum vitæ xvi. Eas pro pulpitis habuisse, satis probabiliter videri potest: quandoquidem multis ex gentibus rei novitate excitati videndum illum consuebant, & ab idolis ad Christum prædicationibus ipsius convertebantur. Institutum illud cum esset non tantum insolenis, sed & sine reliquorum consilio aut approbatione susceptum, miserunt monachi communi consensu quosdam, qui ipsius consilium exquirent, mandarentque ipsorum verbis ut descenderet, hac addita exploratione: Quod si ad obsequendum ipsorum monitis futurus esset promptus & facilis, relinquerent ipsum suo sibi arbitrio: haud dubie enim ipsius consilium esse ex Deo: Sin verò difficilem & pertinacem se esset exhibiturus, deturbarent illum vi & violentia. Legati ergo cum ad ipsum venissent, & vix suorum mandata expoluisent, jam sublato altero pede ad descendendum erat paratissimus. Quod illi ubi viderent, arbitrati sunt, ejus obediendi promptissimum animam satis posse esse indicio, à Deo esse ipsius inventum. Quasi ipsi gratulati & benè precati, cursum quem cœperat, relictis ut persequeretur, hortati sunt. Vixit in columnis minoribus annos vii. deinde verò in columna xl. cubitorum xxx. annos vitam egit, & hinc Stelites dictus est. Cùm Imp. Theodosius posterior aliquando imperasset Antiochenis, ut synagogas ademptas Judeis restitueret: ille missis ad Imperatorem literis, acriter ipsum objurgavit, ut sua mandata non retractaret solum, & Christianis Antiochiæ, quæ ipsi viderentur, hac in re permitteret: sed etiam ipsum præfectum, cujus impulsu ea res instituta fuerat, dignitate privaret. Post mortem corporis perlatum est Antiochiam sub Leone Imper. magna pompa, exercitum quoque duce cum parte copiarum eam deductionem prosequente, ne qui ex vicinis urbibus cadaver ipsum, quod certatum cupiebant, auferrent. *Euagr. lib. 5. cap. 13. & Nicephor. lib. 14. cap. 51. & Theodor. Lector. lib. 1. Collectaneorum. Marul. lib. 1. cap. 9.* Habuit discipulum Daniele, qui ex ipsius schola egressus, magistrumque imitatus, ipse quoque hoc novum monachicæ institutum coluit. *Nicephor. lib. 15. cap. 22.*

ALYPIUS Cionita miraculosam vitam in columna egit per annos lxx. habuitque sibi adjunctas tres classes canentium, duas monachorum, & unam mulierum, quæ perpetuos hymnos ad cælum miserunt. Proposuit idem suis monialibus hanc legem, ut nunquam oculis masculorum aspicerentur. Eam illæ adeò sanctè observaverunt, ut etiam in mortis periculo constitutæ, noluerint à parentibus visitari. *Metaphr. in vita Alypii.*

Sabas octavo ætatis anno monasterium ingressus est in Cappadocia. Inde ann. 18. Hierosolymam peregrinatus, cum Euthymio celebri monacho Palestinæ se conjunxit. Post ejus obitum solitudinem Palestinæ petiit, sanationum & miraculorum donis clarus. Ann. ætat. 70. reconciliavit Imp. Anastasium Eliæ Episcopo Hierosolymitano. Synodum Chalcedonensem contra Imper. Anastasium acriter defendit. Obiit anno ætat. 49. Justiniani Imper. IV. *Simon Metaphrasi.* Annum agens nonagesimum, ab Eliensi Episcopo legatus Constantinopolim ad Justinianum missus est, ut Judæorum immanem crudelitatem, Juliano duce horribiliter in miseris Christianos grassantium, averteret & reprimeret. Sylvanum sectatorem Juliani, igni concremandum prænuñciavit. Arienico calumniis suis & confictis mendacis plurimum Palestinæ apud Justinianum incommoante, rursus deprecator & orator ad eum missus est. Celeberrima & splendidissima pompa, urbi Constantinopolitanæ appropinquans, ab Imperatore est exceptus. Addit *Niceph. l. 17. c. 24.* Justinianum, ubi procul advenientem

A tem agnovit, pulcherrimam coronam capiti ejus immi-

nentem conspexisse: quod ipsum & Anastasius olim, cum ad ipsum veniret, viderit.

Cheremon, Nestoros, Insephus, tres anachoretæ fuerunt solitudinis Ægyptiæ mare, homines eruditi: veluti doctissimi ipsorum de rebus gravibus in pietatis doctrina disputationes ostendunt, quas sub ipsorum nominibus recitat Cassian. in Collation.

MARCUM, quem Eremitam plerique dicunt, Niceph. l. 14. c. 53. inter illos numerat, qui Theodosii Imp. temporibus præclari in ascetica existeret, & quorum doctrina factis quoque consona fuit, quique in utraque philosophia usi fuerunt præceptore Chrysolomus: quorum etiam in Poesi non parva fuerit gloria. Capite sequenti, in monastica eum prius versatum ait: quo indicare velle videtur, relicto statu monastico recessus eremi ingressum: quod eo tempore fuit usitatum valde. Videtur tamen circa Constantinopolim alicubi etiam ipse egisse, ut & Nilus ejus discipulus. Multa post se eum reliquisse scripta, idem meminit.

PAPHNUTIUS, Scythiæ deserti pater, & reliquorum Eremitarum pastor, primum in schola cœnobii ab adolescentia institutus, relicto isto vitæ genere, in solitudinem fecesse, in qua ad extremam usque ætatem perduravit: atque hinc inditum cognomen Bubali, propterea quod perard cæteris in solitudine fratribus sui videndi copiam fecerit, præter quam cum pro more ad res divinas congressi fuit necesse. Ex quo tamen congressu nunquam tantum sibi temperavit, etiam nonagenarius, ut vacuus ad cellam suam reverteretur, quin utriusque aquæ, cujus per rotam hebdomadam usum haberet, suis humeris secum portaret. Cassian. collation. 3. c. 11.

SERAPION unus ex antiquissimis deserti Scythiæ eremitis, errore Anthropomorphitarum ita despiciat quadam non malitia, sed simplicitate, ut neque a Paphnutio illo suo pastore in tectam vitam reduci posset: & quia antiquitate profectus istius solitariæ cæteros antebat, & præterea etiam pietate præstabat, multis ejus obfuit auctoritas, ut eundem errorum etiam ipsi pertinacius retinerent. Cum autem aliquando quadam Photinum diaconum ex Cappadocia partibus illud invensum istius loci eremitas studio profectum, disputantem audisset valde graviter, & doctè ex sacris Scripturis & totius Orientalis Ecclesiæ consensu, de imagine illa Dei & similitudine, ad quam Gen. 1. homo conditus scribitur: motus ejus assertionibus, reliquit suam de corporali Dei forma opinionem phantasticam, acquievit in sententia Photini, qua ille docebat, incomprehensibilem divinæ majestatis & immensam sublimitatem, nulla humanæ formæ atque corporeæ compositione, & similitudine circumscribi posse, ut quæ sit natura incorporea, incomposita & simplex. Verum cum paulo post in gratiarum actionem exortisset, sensit inter precandum ex corde suo elabi atque evanescere eam, quam oraturus Anthropomorphi imaginem sibi proponere consueverat. Confirmatus igitur mente, prorupit in amarissimos fetus: insuper & humi procidens, hanc maximo ejulatu lamentabilem edidit vocem: Heu me miserum! tulerunt à me Deum meum, & quem nunc teneam, non habeo, vel quem adorem aut interpellem, jam nescio. Cassian. c. 3. Collat. 10. De hoc ipso Serapione narrat etiam Isaac, & ipse unus ex ista Eremitarum congregatione, quod fuerit vir simplicissimus, qui de substantia, & natura divinitatis nunquam penitus fuerit eruditus, sed & rusticitatis vitio & antiqui erroris consuetudine deceptus sit.

HOR Abbas, cum solitudines incoleret, herbis, radicibus, & aqua contentus, multos vixit annos. Tria præstitit admiratione digna, nunquam mentitus est, nunquam citra necessitatem locutus, nemini unquam maledixit. Niceph. l. 11. c. 34.

THEONEM intra suam cellulam clausum habitasse apud Thebaida, non procul ab urbe, atque etiam porrectæ de fenestra manus tactu infirmos curasse: sed tamen noctibus ad eremam progredi solitum, tradunt. Marul. lib. 1. cap. 9.

ELPIDIUS Cappadox, interrogatus à Joanne anachoretæ, quid tota vita egisset memorabile? Annis xl. inquit, nunquam sol vidit me comedentem. Tum Joannes: Nec me, ait, irascens. Volat. l. 21.

Sisinnius Monachus, discipulus Elpidii, sepulchro se inclusit, in quo pane & aqua vixit contentus, ad mortem usque.

ZOSIMAS Sindenus Phoenix, in regione Palaestina tunc anas abfolvit in eremo, contentus cibo tenuissimo. Mariam Ægyptiacam, quæ jam 40. annis in deserto vixerat, orantem à solo fublevavit vidit, & flumina fecis transe pedibus, camque mortuam tumulavit. Arcesilao viro nobili familiaris, oculus unius ejus excussum curavit oratione. Leonem, qui ei asinum interfecerat, coegit onus Cæsaream portare. Futurorum quietiam providus, presentium gnarus, quamvis procul abesset Antiochia, tamen terrarum Antiochiæ, qui septimo anno Justiniani tenoris accidit, scivit, ac in ipso momento sensit. Subito enim consternatus, gemebundus, tantumque lachrymarum fundens, ut ipsam terram rigaret, arculam thuris poposcit: ac toto illo tempore, quo Antiochia terræ motibus concutiebatur, sacrificans in terram sese projecit, precibusque Deum placavit. Euaqr. l. 4. c. 7.

EUTHIMIUM Niceph. l. 16. c. 33. eremi habitorem fuisse affirmat, virum præclarum & excellentem, dignum cujus certamina, & labores peculiari libro decantentur: scilicet Theodisii, Theodosii, & Sabbæ, cum quibus contra luminatores & obsecratos Chalcedonenis Concilii, Xenæam videlicet & similes, utilem Ecclesiæ & strenuam navaverit operam.

SIMEON in Emela monachus, summus mundi contemptor, virtutibus excellentissimus, vaticinio clarissimus, Mauritio imperium prædixit. Cum terræ motus, qui Phœnicem maritimum concussit, insisteret, plures columnas in foro flagellans, inquebat: State, salmandum vobis est. Quæ flagellatæ non erant, paulo post terræ motu corruerunt, reliquis salvis. Dæmones fugavit, omnem orbem curavit. Nemini, quo modo Deum coleret, indicabat. Accusatus de stupro ancillæ sui familiaris, suspitionem auxit ancillæ confessio, ejusque vox, quod se hominem esse & carnis flammam sentire fareretur. Abiit postea in desertum, & cum tempore pariter insisteret, parere illa non potuit. Cum autem Simeon, qui dedita opera redierat, pro ea orare juberetur: dixit eam non parituram, nisi prius verum patrem ostendisset. Quod cum illa fecisset, mox peperit, & Simeon suspitione liberatus est. Euaqr. l. 6. c. 24.

Puerperæ cibum & potum jejuniati attulit. Rami ex arboribus, quæ in eo monte nascebantur, suppeditabant ei cibum, & potum. Interdum tamen in tabernis, quolibet genere, sine discrimine vescébatur.

THOMAS in Cœlefyria simile vitæ genus cum Simeone exercuit. Antiochiam venit, ut annum subsidium monasterio suo acciperet: ex ea enim Ecclesia ordinarius fuerat. Anastasio Episc. Antiocheno sæpe molestus fuit: à quo cum alapam accepisset, prædixit illi & sibi mortem: quam etiam in superioris Daphne paulo post obiit. Euaqr. lib. 4. cap. 35.

MARINUS, vel Martinus (quem Gregorius in Massico Campaniæ monte vitam duxisse tradit) tanti solitudinem fecit, ut ne quando illa rerum difficultate, vel dæmonum molestia superatus inde recederet, ad ferream catenam, quam saxo affixerat, vix solubili compede ipse se alligaverit. Attamen, B. Benedictus Abbas, ubi id recevit, volens, ut jurgis in deserto commotatio constantiæ potius viri, quam ferreis nexibus adscribi posset, protinus nuncium ad eum misit, inquit: Si servus Dei es, non teneat catena ferrea, sed catena Christi: Quamobrem ille vincula quidem deposuit: sed tamen speluncam ingressus, aditu obstruendo habitare coepit. Deinde etiam discipulos aliquot secum conjunxit multoque præterea miraculis nobilitatus est, atque inter sanctos habitus. Marul. l. 1. c. 8. ex Mariano Scoto.

MENNÆ Sannitum provinciæ solitario paucula apum alpe vicium frugalem suppeditabant. Ed accedens quidam Longobardus lartus, frustra, ne aliena raperet, monitus, sacilegas apibus intulit manus. Continuo adempt raptor à fathana vexari cepit. Indoluit Menas inimici calum, ita ut in posterum neque apes habere vellet. Proximi vici beneficio sustentatus est, in diem panem asserentibus, quos ille præceptis imbeubat salutis. Sæpè sylvestris usfos ferula, qua gradus ambulando firmabat, à suis alveariis dicitur abegisse. Obfessus à dæmone liberavit, & omnia secreta novit, tempore Justiniani junioris. Greg. lib. 3. Dial. c. 27.

Justiniani tempore fuerunt multi viri miraculis insignes. Inter hos Barsanapius, Ægyptius, propè oppidum Gazam, in phrontisterio quodam vixit vitam durissimam. Existimabatur autem se continere in domuncula, licet spacio quinque-

aginta annorum aut ultra nec visus, nec rebus terrenis usus sit. Cui opinioni cum Eustochio Episcopus Hierosolymitanus fidem non haberet, sed habitationem perfoderet, ut ubi se contineret, videret, ignis profluens omnes ferè absumpsit. Euaqr. l. 4. c. 33.

In finibus Butirigum Eusichius eremita, Childeberto Rege quinquaginta anteos offerente, respondit: Dato eos pauperibus, ego illis non indigeo. Greg. Turon. cap. 83.

Leonardus eremita vixit in pago Cenomanensi: & præter alia miracula, quæ fecit, duobus cæcis visum restituit. Construxit ibidem monasterium Lotarius Rex, apud quem quia falsò delatus fuerat, eum egerit constituerat: sed regis famuli, Leonardi oratione territi, re infecta abierunt. Vinc. l. 21. c. 82.

HOSPITIUS apud Niceam Galliæ turri inclusus, ac ferreis catenis vinculus, miraculis & prophetis clarus, Longobardorum irruptionem in Gallia prædixit. Longobardi cum Niceam quoque venissent, & ascensa turre eum vinculum offendissent, causam querentes: cum ille se propter homicidium captum assereret, unus stricto gladio eum decollare volebat. Manus obrigit. Territus ille miraculo, crucifigæ signo sanatus ab Hospitio, Christianus factus est. Infirmum curavit in nomine Jesu Christi redemptoris, cæco visum restituit, dæmonia tria ex muliere eiecit, puellam obfessam à diabolo liberavit, sibi ipsi tempus mortis prædixit. Turon. l. 6. cap. 6. & 7. 97. quædam miracula ad ejus reliquias facta commemorat.

FACIUS Eugenii Quarti Scotorum Regis F. Ferquharidi successoris frater, humiliter assumpta veste, quò minus cognosceretur, è patria clam profectus, in Gallia solitariam quaerens locum, à S. Pharaone Meldensium Episcopo, agello, in quo nunc religiosè colitur, est donatus. Constantia eam in regione est fama, nefas esse facinram sanctissimi viri facellum ingredi: quæ id aliquando attentaverint, aut oculis privatas, aut actas in amentiam. Una aliquando ex temeritate ingressa facellum ejus, statim de mentis sanitate est deturbata. Unde tale distichon compositum fuit:

Femina que læst blasphemio murmure sanctum,  
Fecit quod sancti non intret facina templum.

Is cum à proceribus ad regnum Scotiæ (in custodiam concessio Ferquharido Rege ob tyrannidem) posceretur, de legatorum adventu certior factus divinitus, à Deo petiit, ne sibi solitaria vitæ fructus eriperetur. Exaudivit omnipotens deprecantem, effectique, ut adventantibus legatis, lepra infectus appareret. Nuncii itaque ad Facium venientes, conspectum verum fecidissimo morbi genere, ut apparebat, laborantem, frigidè rogarunt, cuperente redire in patriam: se à Scotorum primoribus ad hoc missos, ut ipsi obtemperantibus in iis, que cuperet, ad omnia assuenter ministrarent impensas. Ad ea Facius, magistratum omnem non aliter, quam terram peltam averterat: Cemitis (inquit) opinor, ut ultra in privatam abiens vitam, solitariis agere potius, quam in hominum frequentia delegerim: tamen plaça, quam in me cernitis, vitæ potius emendatio, atque ad humilitatem incitantem videretur æstimanda, quam aliquis naturæ error. Satis mihi esse cognoscite cellam, vestem, olera his manibus præparata. His enim contentus, nihil est humani fastigii, ut res meæ esse habent, quod præ illis concupiscam. Ite ergo, & germanis nostræque gentis majoribus renunciate, ut Deum in primis reverentes, religionis observationi incumbant: rectumque colentes, virtute se mutant, & pietate: quas nulla hostium vis unquam expugnabit. Me impensis, uti cernitis, non indigete: eoque Dei benignitate devenisse, ut meo vivendi generi privata vita magis quam publica deinceps conveniat. H. Boet. l. 9. & Guagn. l. 9. Hist. Francor.

Balolus Lemovix, divini verbi studio patriam deserens comite Angelo, ad Rhemensem civitatem pervenit, & ab Ægidio Episcopo honorificè exceptus est. Hujus favore aliquid in cœnobio ad radices montis Rhemorum sito vitam egit. Et deinde in excelso nemoroso montis vertice celam & oratorium adificavit, in quo xl. ann. se continuit. Dum aquæ penuria laboraret, preces ad Deum fudit, quibus imperavit fontis scaturiginem, qui copiosam aquam postea ei suppeditavit. Vinc. l. 21. c. 116. & Siegb. anno Christi 567.

Eparchius patria Petragoricensis, Encolsem sibi cellam extruxit. Forem suspensum de patulo liberavit. Si L. B. T. beat. vit. Human. Tom. I.

pecunia ei dabatur, eam pauperibus distribuere, aut cap-  
tivis redimebat. Pro captivis apud magistratum intercedebat. Quadragesimo quarto anno suæ inclusionis febre correptus, obiit. Turon. l. 6. c. 8.

Joannes eremita in Sicilia, animam Dagoberti Regis vidit à Dæmonibus deportari, & à Dionysio, Mauritio, & Martino liberatam in cælum ferti. Siegb. in Chron. an. 645. Aimonius l. 4. c. 34.

Baudolinus juxta Tanarum fluvium Italiæ in loco, cui Forum nomen est, eremita, miraculis & sanctitate clarus, futura sæpè prædixit, & absentia tanquam presentia nunciavit. Cum Luitprandus Rex Longobardorum pro filio suo in venatione vulnerato apud eum intercederet, respondit, mortuum esse filium, neque se pro eo orare posse. Diacon. l. 6. c. 18. de Longobardis.

Burcardus Anglus, patria Dorcestrius, ordine clericus, pertusus hominum, in eremum abiit. Nachus est instituti locum Fremundum, Algari Occidentalium Anglorum Ducis filium: qui neglecto regno, cum ipso in eremum abiit: cujus vitam Burcard. Latine conscripsit libro uno. Claruit senex anno Dom. 870. sub Ethelredo Anglor. Rege, Danis F. Britanniam vastantibus.

Narrat P. Damian. c. 2. de quodam eremita montis Thabor, qui cum stimulos libidinis perentificeret, irritatus à quadam formosa juvencula Sarcenica, quæ latibula quaerens, ad ejus speluncam venerat, ingressus est vastum nemus, ut labore, fame atque siti æstus libidinosum restingeret. Ibi quandam canicæ gravem apparuisse illi, atque cervicem ejus tam fortiter percussisse, ut carnis strumam evomeret, & postea cibum potumque dedisse. Tandem hoc consiliu ab eodem accepisse, ut quoties ardorem libidinis perentificeret, secundum Heliam invocaret, intercellerem apud Deum.

Henticus eremita in valle S. Nicolai propè Antiochiam in monte Nigro turgurium sibi fabricatus est. Nemini penitus quicquam est locutus: sed nutibus tantum quid vellet significavit. Nihil occisum edit, nec ova quidem: lacte tamen usus est recenti. Caput illotum & impexum fuit, pedes nudi, cruraque, sæpè etiam totum corpus. Gerard. Nazareth. c. 37.

BERNARDUS solitarius Nazarethæ, solebat tantum tribus G in hebdomade diebus cibum capere, à vino & carnis in universum abstinent, tenuiter vestiri, manè & vespere psalmos & preclia recitare, de die montes alperos & invios perlustrare, ubi latibulum aptum reperiret. Is aliquando crines capitis atque barbæ ambussit, vestes abiecit in eremum, & occursum penitus refugit humanum, donec tandem post dies xv. frigore, & inedia compulsus, hominum quateret domicilia. Gerard. c. 7.

Anno Domini 714. Mauris Hispaniam vastantibus, cum nonnulli regni Castellæ nobiles ad Asturiam, & Cantabrie montes se contulissent, Aragoniæ quoque plures equites ad Pyrenæos montes confugerunt. Ibi Joannes quidam in quadam spelunca conjuncta rupi, quæ Penna dicebatur adicula sibi velut eremum construxerat, & sancto Joanni Baptistæ dedicaverat, ibique solus vivens, vitam finiverat. Ad eam adicula in montibus abditam Cæsarius Augustanus eques, Votus nomine, cervum insequens, pervenit, & artibus ense præcisus ingressus, corpus Eremitæ, quod insepultum apud altare jacebat, aspexit: simul quoque literas in altari ferreo stylo sculptas legit in hanc sententiam: Ego Joannes hujus ædificavit conditor, & primus habitator, velut in eremo Deo servare cupiens, hanc ecclesiolam parvumque facellum erexi, sanctoque Joanni Baptistæ consecravi: in qua vixi diutius, & nunc mortuus in Domino requiesco. Votus ergo Deo gratias agens, Eremitæ corpus humo cooperuit, & bona sua vendidit omnia, eorumque pretium Christianis pauperibus erogavit: idem frater ejus Felix fecit, & ad adicula se contulerunt.

Horum postea consiliis Christiani animati, anno Domini septingentesimo trigésimo, Gasparum Ximenium de genere Gothorum sibi ducentem contra Mauros elegerunt, à quo Reges Aragoniæ descendere. Marinus l. 8. Regum Hispaniæ.

Helias ludimagister in Gallia Narbonensi, Hierosolymam petiit sub Fulcone Rege, ut ibi loca nativitatibus, passionibus & resurrectionis Domini lustraret. In itinere ad Eremitarum monasterium divertens, presbyteri ordinem suscepit. Mox in vasta quadam spelunca propè Hierosolymam se unâ cum suis abdidit. Ubi cum aliquandiu delinisset, monachorum, qui

D

D

A qui vallem Josaphat incolebant, continuis precibus, & hortatu patriarchæ Hierosolymitani, istorum se congregationi adjunxit. Isthinc iterum avocatus, Abbas constitutus est monasterii Palmatæ, non procul à Tiberiade. Inde rursus exemptus à Fulconis regis conjugè, Hierosolymam petiit: ubi cum annos paucos delitasset, ad priorem sedem hortatu Nazareni Archiepiscopi revertitur. Ab eo tempore, quo primùm factus est eremita, carne, vino, ovibus & caseo penitus abstinent. Quotidiè, Dominicis & festis diebus exceptis, jejunavit. Legumina semicruda sine pane sumpsit. Piscibus verò uti solitus. Vestitus sordidus. Lectioni assidue intentus. Inter suos se neque Abbatem, neque Priorem nominari passus est. In Gallias adhuc degens, Hispaniam ingredi statuit, ut Saracenis ibidem fidem Christianam prædicaret. Suis auctor fuit, ut secum Ascalonem iter facerent, & se se captivos statuerent, ut totidem numero Christianos captivitate liberarent. Sed sociorum dehortantium consiliis acquievit. Pecuniam oblatam respuit. Seipsum solitus est flagellare, ut profusus lachrymis diu lugeret, si quando hallucinaretur etiam in re vilissima. Vigiliis nocturnis tantopere se se afflixit, ut ad mensam sedens obdormisceret sæpe, & panis bucella orti ingesta rursus excideret. Habitum & mores monachorum Cisterciensium unice adamavit, ita ut suorum unum mitteret Hierosolymam in Gallias pro adducendo ejus Ordinis monacho, ex quo omnia, quæ ad eam religionem pertinere, addicere posset. Eamque etiam ob causam suam in Tiberiadi cœnobio monachis hortator fuit, ut tali cucullo uterentur. Quod tamen illis persuadere non potuit, quia locus ille ad Jordanem supra modum calidus ejusmodi habitum respuit. De ambitione solitus est dicere, omnia vitia divino auxilio superari posse, unicum hoc illis sese insinuate, qui sanctius præ aliis vivere studerent, & ita quidem ut vix deprehendi possit. Egenis liberaliter dedit, ita ut sinistra manus nesciret, quid faceret dextra. Anno 1140. obiit, hæc secum subinde medians: Terribilis Deus in consiliis super filios hominum. Item: Nescit homo, an amore vel odio dignus sit. *Gerardus à Nazareth in vita ejus.*

Joanni, Anglorum Regi, à Pontifice Innocentio sacris interdictionum fuerat, & subditi omnes ab illius obedientia absoluti, an. 1212. Philippus Gallorum Rex magnam classem ad invadendum Angliæ regnum Pontificis in iuncta comparaverat. Eremita quidam Petrus Eboracensis, dum Joannes adversus afflictabatur rebus, circa Calendas Januariæ, prædixit fore, ut ille ad diem, qui Ascensionis Christi faceret, de regno egeretur, nec recularum se ulterò mortem subire, si vaticinatio caret eventum. In custodiam conjectus, cum advenisset dies dictus, à Joanne crudeliter cum filio, licet innocente, laqueo suspensus fuit. *Polyd. l. 15. Decad. 2.*

Magnus quondam in campis, quos Hungari à canctorum nomine Racos appellant, nemus fuisse ajunt, ab uno tantum eremita habitatum, cui Vacio nomen erat. Hic humana vitæ miseriam abominatus, in solitudinem se receperat. Geis victoria contra Salomonem potitus, locatam ibi cum basilica civitatem ab eo Vaciam nominavit. *Bonfin. l. 3. Decad. 2.*

Nicolaus eremita Undervaldensis, uxore relicta, ex qua natus quinque, filias totidem susceperat, in solitudinem se contulit, & in ea unum & xx. an. absque cibo & potu vixit, Angelo quàm homini similior. Vitæ sanctimonia insignis, de reconditis factorum mysteriis multum disputabat. Cum tamen nullum unquam ea in re studium posuisset, & planè illiteratus esset. Lætus semper conspiciabatur, ad penitentiam omnes Helvetios, ad concordiam in primis, deinde ad *idoneos*, utque externorum principum fœdera vitarent, hortabatur. Die festo suos in templo Saxlenfi conveniebat, eoque non modo voce, sed & exemplo ad pietatem accendebat. Inter præces quotidianas hæc formula ceu epiphonemata solebat uti: *Herrum mich mît, und gib mich dir.* Illudque liberè protestabatur, longè gratus sibi fuisse, quòd divino auxilio charissimam uxorem relinquere, quàm quòd cibo & potu omni abstinere potuerit. Oculi ejus grato quodam, eodemque terribili splendore fulgebant. Artéria & vena jugulares inter loquendum ita intumescabant, ut spiritus non sanguine repletæ viderentur. Anno tandem 1502. vixit. Exempli placidissimè expiravit. Cujus monitis etiam Helvetii parentent, vitæque sanctimoniam æmularentur. Ejus vitam alius quidam imitatus, consilium à Nicolao adhuc vivente petiit, quanam ratione etiam ipse eas abstinere dotes assequi posset. Ceterum Nicolaus hominem serio admonuit, non humano, sed divino insti-

tuto hæc fieri: neque Dei dona omnibus ex æquo distribuenda. Hortari igitur, ut forte sua contentus, suæ professioni incederet, non stulta emulatione talentum suum desideret. Is verò consilio pii viri spreto, eremiticam vitam nihilominus sequebatur. Tandem cum in varia vasa, quibus more Helveticæ vini honoratum peregrinis confecti solet, impurissimus homo ventrem exonerasset, in vincula conjectus, bonisque multatus, ad seculari vitam rediit. *Stumpfius.*

*Mahometani.*

TEHELLES Harduellis discipulus, post præceptoris mortem in Antauro monte eremiticam vitam secutus, tanquam Deus à pastoribus cultus, Iismaeli Sopho ad Persarum regnum alimento fuit maximo, circa an. Sal. 1498. 100.

Mulieres.

Maria Magdalena omnia peccata sibi dimissa esse, jam pridem audivit: optimam partem que non auferretur ab ea, Domino attestante, se elegisse cognoverat: resurgente Dominum prima videre meruerat, pro amore illius omnia contempserat. Deinde apud Massiliam Galliarum urbem inanius Deorum simulacra, Christi prædicatione jam profstraverat, salutiferæque crucis vexillum exerebat: necdum tamen se fecisse satis putavit, donec solitudinis angustias carnem suam aliquando delicti ream non macerasset, afflixissetque. Annos itaque xxx. nulli hominum vita, nulli cognita, vixit in deserto, non humano cibo, sed angelicis fomentis assidue sustentata. Die verò obitus sui imminente, sacram communionem de manu Maximini Episcopi accepit. *Marul. l. 1. c. 9. & Sab. l. 2. c. 2.*

Maria Ægyptiaca, in Ægypto parentibus Christianis nata, actu libidinum concita, Alexandriam veluti ad mercatum iverat: & cum corpus suum vulgare, vivens mortua erat. Cum Alexandria Hierosolymam venisset (sub Valentiano & Valente Imp.) non potuit templum Deingredi, vique invisibili inhibita subsistit in limine. Miratur, stupet, & pedem in via refert. Ubi recognovit factu aditu se indignam, quòd prophans vitæ obsecrationibus esset polluta, transtæcæ eratis penitentiæ graviter angustiam cepit, & lachrymas effudit, decernens sibi turpidissimi imponere, ubi Dei erga se indignationem cœperat. Gesserit. Rursumque tentato ingressu, libere abique impedimento introivit. Mox ante crucem Domini suppliciter prostrata, tamdiu flere non destitit, donec ad divit, si saluti suæ consultum vellet, Jordanem transiret. Transmissio ergo Jordanæ, desertum penetravit, jam aliam vitam, alioque mores sequens, quàm quos ad eam usque diem non deservierat. Jam primum caput illud, quod sæpe margaritis & auro ornaverat, cœli obijcit injuriæ, nullo tecto contenta: crines, quos frequenter calamistrò intortos crispaverat, cum descivisset, pedibus conculcandis projecit. Faciem quam pluries cerussa & purpuris fovebatur, lachrymis rigavit, & Solis excoxit ardoribus. Pectus quod faciolis papillarum tumorem cohærentibus astringere consueverat, pugnis diverberavit. Totum denique corpus, quod prius omni voluptatum genere distulxerat, extenuavit jejuniis, vixit vigiliis, fatigavit laboribus, sollicitavit assiduitate orationum, devenustavit nuditate, oppressit inopia. Strenuitas immutata post xl. conversionis suæ annum Zolimas Abbas (dum forte per desertum illud solus incederet) vidit, deprehenditque orantem procul à terra sublevari, trans flumen eantem super aquas sicces vestigiis ambulare. *Marul. H. l. 1. c. 3. & Sab. l. 2. c. 2.*

SARA mulier, imperante Theodosio seniore, daravit ad ripam cujusdam fluminis annos lx.

Sylvia virgo, filia Rufini, præfecti Alexandria, an. 50. absolvit in solitudine, quo tempore nullam corporis partem lavit, præter digitos. Non in lecto jacuit, sed humi tantum. *Kavifius.*

QUOMODO. UBI.

Ex præcedentibus exempla accommodantur.

DEPOSITIO, MUTATIO.

Ex Eremitis facti

PONTIFICES.

COELESTINUS III. ex eremita Pontifex factus, austeritatem vitæ non mutavit. Ceterum cum experientia rerum caretet parum

EXEMPLA VARIA.

A parum utilis Reip. judicatus est, ceptumque est de cessione ita dicit. Quod cum Carolus Rex Neapol. audisset, Pontificem amantissimum Neapolim duxit, multique modis conatus est animum ejus à cessione avertere, adeo ut solemnè pompa per Archiepiscopum ducta, clerus & populus benedictionem à Pontifice petierit, illique se commendavit, rogando, ne bene gubernatam Ecclesiam suo regimine destitueret. Quibus Pontifex benedictione data, responderi iussit, Futurum in re, quod Deus pro salute populi disponere dignaretur. Benedictus autem Cardin. Cajetanus, juris scientia peritissimus, multis canonibus ostendit Pontifici, quòd graviter peccaret, si se insufficientem cernens ad obediendum pontificatum, non alteri cederet: constitutionemque promulgari obtinuit, per quam declaratum est, licere Pontifici Rom. dignitatem dimittere; & paulò post sexto mense sui pontificatus Coelestini papatu se abdicavit, Cardinalibusque alterius subrogandi arbitrium permisit. Electus est autem Benedictus ipse Cajetanus, Bonif. IX. appellatus. Qui accipiens, Petrum Moroneum ad eremum anhelantem Neapoli clandestinè recessisse, illum ex via retractum, in custodia iussit haberi, veritus, ne pop. eum sequerentur: & Romam petens, in arce Campaniæ Fumonis deductum arcta custodia conclusit, in qua petiit. *Blondus l. 9. Dec. 2.*

EPISCOPI.

Ex Tit. Episcoporum huc quadam.

ARCHIEPUS quidam, qui ad an. 37. in Anachoretarum ordine vixerat, in Panephibum raptus est ab Ecclesia ad Episcopatum. *Cassian. in Collation.*

DOCTORES.

APOLLONIUS ab anno 15. usque ad 40. in solitudine Thebaidis versatus, tandem ad homines rediit: philosophiam docuit, & miraculis clarus fuit per orationes. *Socin. l. 4. cap. 15.*

NEOTUS Adolphus, cum in Glasconensi cœnobio Angliæ aliquandiu Monachum esset, cum præceptore suo & libris in Cornubiæ solitudinem recessit, ibique ad septennium factis literis operam navavit: atque inde reverfus, passim doctrinam Euangelii populo prædicavit. Carus fuit Alfredo Anglorum Regi, eique hortator & auctor, ut Oxoniensem scholam institueret, an. Dom. 873. proposita mercede omnibus, qui illic bonas artes proficerent. Mortuus est ann. Domini. 883. & sepultus Einesburniæ. *Balesius Centur. 2. cap. 23.*

PATROCIIUS Bituricensis, ex ovium pastore studia sectari cepit. Inde ab Arcadio Bituricensi Episcopo diaconus factus, miraculis clarè crepuit. Abiit postea in eremum, juxta vicum Nercessem scholam aperuit, in qua pueros erudiendos susceperit. *Greg. l. 5. c. 10.*

MILITES.

Petrus Ambianensis eremita, auctor expeditionis Hierosolymitanæ. *Idem. Tit. Expeditiones sacre Christian.*

ANAGRAMMA. ANAGRAMMATISMUS.

QUID SINT.

ANAGRAMMATA dicuntur Græcis voces quædam, collectæ ex nomine, aut symbolo alicujus per transpositionem syllabarum, aut literarum, sic ut nūquam ulla aut redundet, aut deficiat: quòd autem clariora sunt & minus contorta, vel persone cui aptantur, conveniunt, eò gratiora, & magis ingeniosa.

Hoc interim evidens esse debet, quòd invita Minerva depromi nullatenus valeant, quo fit, ut raro inveniantur ab iis qui obstituto ingenio sunt: nam & acritatem requirunt, & acumen.

Gallis familiaris eorum est usus, plusquam aliis nationibus ut quorum idioma corollis & magis flexile, & allusionibus ac transpositionibus accommodatum. Latini tamen Poetæ etiam hæc methodo delectantur, ut perlique in ea prompti & felices. Vide quæ de illis à nobis dicta sunt in fine *Loei de Poesi, Titul. Chronologici, Anagrammatici, &c.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

Hujus acuminis exempla, cum vetera, tum nova, recensimus, è quibus etiam anagrammatum varietas innotescit. Quædam enim ingenium ac facinora præclara experimunt illorum, quorum sunt anagrammata: v. g. Balduvinus Flandriæ Comes. *En dubia fortuna, nullis cedas.*

Petrus Antiochorensis Comes. *En divo in casu mortis sper est.*

Joannes Palæologus Secundus. *Igneo oculo plenus suades sana. Cumulus agros.*

Henricus Tertius. *Hic vire strenuus.*

Henricus Sextus. *Hic trix ense suis.*

Fridericus Secundus. *Defendis cursu, curis.*

Guntherus Scivafseburgensis. *Vinctus surge, urge rei habebis.*

Rupertus Palatinus. *Supplantat jus jure.*

Paulus Melissus. *Plus vales Musis.*

Cosmas Rocerius. *Musis ego sacror.*

Claudius Guerinus. *Vir sua laude dignus.*

Reperiuntur quoque anagrammatismi in Reges Ifacitibus hujus generis, apud *Majol. in Dieb. Canicul.* è quibus pauca hæc.

Salomon Rex Judæ. *De noxa levis amor.*

Abia Rex Judæus. *Adax jube seris.*

Achas Rex Judaicus. *Hic audax, acer suis.*

Manassés Rex Judaicus. *Securas animas deduxi.*

Sunt & alterius acuminis anagrammata, quæ nomen dumtaxat, non titulum aut cognomen transponunt: quælia sunt:

Lucianus Calvinius. Neque id malè, cum & mores conveniant.

Albertus. *Ter albus.*

Henricus. *Hinc vir es.*

Robertus. *Ter orbis.*

Emanuel. *Lexamen.*

Arnolfus. *Flans rus.*

Rodulfus I. *Fidus olor.*

Ferdinandus I. *Dvans in Fide.*

Vvenceslaus. *Vanus eluces.*

Sigifmundus. *Musis dignus.*

Elisabetha. *I; Tela habes. vel, Abies lava. En, Odi malum.*

Quædam denique encomiastica sunt, quibus laus & nomen celebratur eorum, qui anagrammatismo decorantur. Suntque in frequenti usu passim obvia. Existimationem & famam merentur, quæ clara & succincta, & de laudatis personis servato decore construuntur. Unde hic delectu aliquo est opus. Dabimus pauca ex multis, quia copia inopia parit.

Otho Secundus. *Tu Decus, Honos.*

Conradus Tertius. *Ductor eris sanus.*

Maximilianus Secundus. *Dux celsi Numinis à Musis.*

Carolus Quintus. *Qui clarus novis.*

Rudolphus II. Imp. Romanus. *Reitor humanis, mundo sal parus, Deis par.*

Saul Rex. *Lux eras.*

Ernestus Austrius. *Tu nervus es astris.*

Serenissimus Albertus Archidux Austriacæ, Felicitæ Belgio Præsit. *O Irenarcha clarissime, caris diu superis Belgis, felix & virtute beatus.*

Serenissima Isabella Clara Eugenia Austriaca Præsit Fausta Belgicæ. *Euge Iaspis, Isanna Iani, & clara maris stella, sacres Belgicæ vere beatas.*

Rurfus. Albertus Isabella. *Bella alis ubertas.*

Iterum. Elisabetha Clara Eugenia Austriaca. *Beata Regina nova es sacra celi alii.*

Item. Albertus Austriacus. *Virtus clara subest.*

Item. Albertus & Isabella Austriaci Conjuges. *Aurea Savanni Belgis cito secula Labi.*

Iterum. Albertus Austrius. *Tu rebus salutaris.*

Joannes Gevaertus. *Arte nova vigens es.*

Ignatius de Lojola. *O Ignis illatus à Deo!*

Abrahamus Ortelius Antverpianus. *Infulas*

Item. *Urbes, Arte ornavi, vah tempfi.* Alludit ad Symboli Abr. Ortelii. *Convenno & orno;* Sphæra adscriptum, Justus Lipsius. *Pius filii usus.*

M. Antonius Muretus. *Sunt univo Musarum artes.*

Gregorius XIV. *Murus custodiæ que gregis.*

D d 2 Infu-